

Thursday after the 5th Sunday after Easter

Ascension Day

According to the Biblical report, this feast is celebrated 40 days after Easter, thus on a Thursday. It ends Eastertide, and so the Paschal Candle will be extinguished. After Christ's Ascension His disciples remained in prayer until the coming of the Holy Ghost – these nine days between Ascension and Pentecost are the model of modern Novenas. The same Mass (without the Creed) is used on the following weekdays.

Station at St Peter's

White

1 Cl. (Duplex 1 Cl.)

INTROIT: *Acts 1 :11*

Viri Galilæi, quid admiramini aspicientes in cælum? alleluia : quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, ita veniet, alleluia, alleluia, alleluia. *Ps. 46:2: Omnes gentes plaudite manibus : jubilate Deo in voce exultationis.*
℣. Gloria.

Ye men of Galilee, why wonder you, looking up to heaven? alleluia : he shall so come as you have seen him going up into heaven, alleluia, alleluia, alleluia. Ps. 46:2: O clap your hands, all ye nations : shout unto God with the voice of joy. ℣. Glory.

COLLECT

Concede, quæsumus, omnipotens Deus : ut qui hodierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad cælos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cælestibus habitemus. Per eundem Dominum.

Grant, we beseech thee, almighty God, that we, who believe thine only-begotten Son our Redeemer to have this day ascended into heaven, may ourselves dwell in mind amid heavenly things. Through the same Lord.

LESSON: *Acts 1:1-11*

Lectio Actuum Apostolorum.

Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere et docere, usque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum Sanctum, quos elegit, assumptus est : quibus et præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei. Et convescens, præcepit eis ab Jerosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit) per os meum; quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies. Igitur qui convenerant, interrogabant eum, dicentes : Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis : Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate; sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos,

A lesson from the Acts of the Apostles.

The former treatise I made, O Theophilus, of all things which Jesus began to do and to teach, until the day on which, giving commandments by the Holy Ghost to the Apostles whom he had chosen, he was taken up. To whom also he showed himself alive after his passion, by many proofs, for forty days appearing to them, and speaking of the kingdom of God. And eating together with them, he commanded them that they should not depart from Jerusalem, but should wait for the promise of the Father, which you have heard (saith he) by my mouth: for John indeed baptized with water, but you shall be baptized with the Holy Ghost, not many days hence. They therefore who were come together asked him, saying: Lord, wilt thou at this time restore again the kingdom to Israel? But he said to them: It is not for you to know the times or moments which the Father hath put in his own power; but you shall receive the power of the

et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni
Judæa, et Samaria, et usque ad ultimum terræ.
Et cum hæc dixisset, videntibus illis, elevatus
est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum.
Cumque intuerentur in cælum euntem illum,
ecce duo viri adstiterunt juxta illos in vestibus
albis, qui et dixerunt : Viri Galilæi, quid statis
aspicientes in cælum? Hic Jesus, qui assumptus
est a vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum
vidistis eum euntem in cælum.

*Holy Ghost coming upon you, and you shall be wit-
nesses to me in Jerusalem and in all Judea, and
Samaria, and even to the uttermost part of the earth.
And when he had said these things, while they
looked on, he was raised up, and a cloud received him
out of their sight. And while they were beholding him
going up to heaven, behold, two men stood by them in
white garments, who also said: Ye men of Galilee,
why stand you looking up to heaven? This Jesus who
is taken up from you into heaven shall so come as
you have seen him going into heaven*

ALLELUIA: Ps. 46:6

Ascendit Deus in jubilatione : et Dominus in
voce tubæ.

*God is ascended with jubilee : and the Lord with the
sound of the trumpet.*

ALLELUIA: Ps. 67:18-19

Dominus in Sina in sancto : ascendens in
altum, captivam duxit captivitatem.

*The Lord is in Sina, in the holy place : ascending on
high, he hath led captivity captive.*

ad libitum: SEQUENCE

Rex omnipotens, die hodierna

On this day the almighty King,

Mundo triumphali redempto potentia,
Victor ascendit cælos unde descenderat.

*Having redeemed the world with triumphant power,
In victory ascended to the heavens from which he had
descended,*

Nam quadraginta postquam surrexerat
Diebus sacris confirmans pectora

*For, in forty holy days after he had risen,
He fortified the hearts of the Apostles*

Apostolorum, pacis cara relinquens oscula.
Quibus et dedit potestatem laxandi crimina,

*And left dear kisses of peace.
To them he also gave the power to release from sins,*

Et misit eos in mundum, baptizare cunctas
animas,
In Patris et Filii et Spiritus Sancti clementia.

*And sent them into the world, to baptize all souls,
Into the meekness of the Father and the Son and the
Holy Ghost.*

Et convescens, præcepit eis ab Hierosolymis
Ne abirent, sed expectarent promissa munera :

*And, eating with them, he commanded that they
should not go away from Jerusalem, but wait for
the promised gifts.*

Non post multos enim dies mittam vobis
Spiritus Paraclitum in terra,
Et eritis mihi testes in Hierusalem, Judæa, sive
Samaria.

*For, not after many days I shall send you the Spirit,
the Comforter, to the earth.
And you shall be my witnesses in Jerusalem, Judea
and Samaria'.*

Et cum hoc dixisset, videntibus illis, elevatus
est, et nubes clara

*And when he had said that, whilst they were watch-
ing, he was lifted up,*

Suscepit eum ab eorum oculis, intuentibus illis
æthera.

*And a shining cloud received him from their eyes,
and they only saw the sky.*

Ecce steterè amicti duo viri in veste alba.
Juxta dicentes : Quid admiramini cælorum alta?

*Behold, there stood two men vested in a white
garment
Next to them, saying: 'Why do you admire the high
skies?'*

Jesus enim hic, qui assumptus est a vobis ad
Patris dexteram,
Ut ascendit, ita veniet, quærens talenti
commissi lucra.

*For this Jesus, who hath been received from you to the
right hand of the Father,
Likewise as he ascended, he shall come, to ask for
the gains of the talent he had entrusted.*

O Deus cæli, maris, arvi! Hominem quem
creasti, quem fraude subdola
Hostis expulit paradiso, et captivatum secum
traxit ad Tartara,

*O God of heaven, see and field! Man, whom thou
hast created, whom through cunning fraud
The enemy expelled from paradise and lead him as
prisoner with him to hell,*

Sanguine proprio quem redemisti Deus, / illuc
et revehis, unde prius corruptit paradisi
gaudia.
Judex cum veneris, judicare sæcula, / da nobis,
petimus, sempiterna gaudia in sanctorum
patria.

*Whom thou hast redeemed with thy own blood, O
God, / bringest thou [man] back there, where he
had once corrupted the joys of paradise.
When thou comest as judge to judge the world, / give
us, we pray, eternal joys in the realm of the saints,*

In qua tibi cantemus omnes Alleluia.

In which all shall sing Alleluia.

GOSPEL: Mk. 16:14-20

Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.

*Continuation of the holy Gospel according to St
Mark.*

In illo tempore : Recumbentibus undecim disci-
pulis, apparuit illis Jesus : et exprobravit incred-
ulitatem eorum, et duritiam cordis : quia iis, qui
viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et
dixit eis : Euntes in mundum universum, prædi-
cate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit,
et baptizatus fuerit, salvus erit : qui vero non
crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui
crediderint, hæc sequentur : in nomine meo
dæmonia ejicient : linguis loquentur novis :
serpentes tollent : et si mortiferum quid bibe-
rint, non eis nocebit : super ægros manus im-
ponent, et bene habebunt. Et Dominus quidem
Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est
in cælum, et sedet a dextris Dei. Illi autem pro-
fecti, prædicaverunt ubique, Domino cooperan-
te, et sermonem confirmante, sequentibus
signis.

*At that time: Jesus appeared to the eleven as they
were at table: and he upbraided them with their
incredulity and hardness of heart, because they did
not believe them who had seen him after he was risen
again. And he said to them: Go ye into the whole
world, and preach the Gospel to every creature. He
that believeth and is baptized shall be saved, but he
that believeth not shall be condemned. And these
signs shall follow them that believe. In my name they
shall cast out devils, they shall speak with new
tongues, they shall take up serpents; and if they shall
drink any deadly thing, it shall not hurt them; they
shall lay their hands upon the sick, and they shall
recover. And the Lord Jesus, after he had spoken to
them, was taken up into heaven, and sitteth on the
right hand of God. But they going forth preached
everywhere, the Lord working withal, and confirming
the word with signs that followed.*

After the GOSPEL, the Deacon extinguishes the Easter candle.

OFFERTORY: Ps. 46:6, 2, 3, 4

Ascendit Deus in jubilatione, Dominus in voce tubæ, *alleluia. ¶ Omnes gentes, plaudite manibus : jubilate Deo in voce exsultationis, *alleluia. ¶ Quoniam Dominus summus terribilis : rex magnus super omnem terram, *alleluia. ¶ Subjecti populos nobis : et gentes sub pedibus nostris, *alleluia.

*God is ascended in jubilee, and the Lord with the sound of trumpet, *alleluia. ¶ O clap your hands, all ye nations : shout unto God with the voice of joy, *alleluia. ¶ For the Lord is high, terrible : a great King over all the earth, *alleluia. ¶ He hath subdued the peoples under us : and the nations under our feet, *alleluia.*

SECRET

Suscipe, Domine, munera, quæ pro Filii tui gloriosa Ascensione deferimus : et concede propitius; ut a præsentibus periculis liberemur, et ad vitam perveniamus æternam. Per eundem.

Receive, O Lord, the offerings we make in memory of the glorious ascension of thy Son : and mercifully grant that we may be delivered from present dangers, and arrive at everlasting life. Through the same Lord.

PREFACE

Of the Ascension

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique, gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus : per Christum Dominum nostrum. Qui post resurrectionem suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit, et ipsis cernentibus est elevatus in cælum, ut nos divinitatis suæ tribueret esse participes. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

It is truly meet and just, right and salutary, that we should always, and in all places, give thanks to thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God through Christ our Lord. Who after his resurrection appeared and showed himself to all his disciples, and, while they beheld him, was lifted up into heaven, so that he might make us partakers of his Godhead. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominions, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn to thy glory, evermore saying:

Today, the COMMUNICANTES of the CANON begins as follows:

Communicantes, et diem sacratissimum celebrantes, quo Dominus noster, unigenitus Filius tuus, unitam sibi fragilitatis nostræ substantiam in gloriæ tuæ dextera collocavit : sed et memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genitricis ejusdem Dei et Domini nostri Jesu Christi ...

Communicating, and keeping the most holy day on which thine only-begotten Son our Lord set at the right hand of thy glory the substance of our frail human nature which he had taken to himself; and also venerating the memory, first of the glorious Mary, ever a Virgin, Mother of the same our God and Lord Jesus Christ ...

COMMUNION: Ps. 67:33-34

Psallite Domino, qui ascendit super cælos cælorum ad Orientem, alleluia.

Sing ye to the Lord, who mounteth above the heaven of heavens to the East, alleluia.

POST-COMMUNION

Præsta nobis, quæsumus, omnipotens Deus : ut quæ visibilibus mysteriis sumenda percepimus, invisibili consequamur effectu. Per Dominum nostrum.

Grant, we beseech thee, O almighty and most merciful God, that we may obtain the invisible effect of the visible mysteries we have received. Through our Lord.